

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput XXV. De Ecclesia.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

*Tandem solennis adjudicatio erit in ultimo
Judicio. Tum enim Rex ad illos, qui ad dex-
tram collocati sunt, dicet. Venite benedicti
Patris mei, possidete Regnum paratum vo-
bis à jactis mundi fundamentis. Matth.
XXV, 34.*



CAPUT XXV. De ECCLESIA.

Σύνοψις.

Illi, quibus beneficia
offeruntur & ap-
plicantur, dicun-
tur *Εκκλησία*. §. I.

Quod nomen ex ori-
gine & usu suo ex-
plicatur. §. II.

Quà nominis tracta-
tione præmissa ob-
servatur, Ecclesiam
considerari vel jux-
ta Communionem
internam cum Chri-
sto, vel juxta exter-
nam. §. III.

Prior modus in genere
explicatur, illu-
straturque aliis vo-
cibus scripturariis.
§. IV.

In specie (I.) observa-
tur, quam *Χίον* cir-
ca internam Eccle-
siam Deus habeat,
ceu qui ab æterno
de ea consultavit,
gratiam suam in
tempore promulga-
vit, media eam con-
se-

ione.
Si quis vero
apud Patrem,
ve vero epo-
quis vero pec-
nalium.

pare est adju-
em ejus, in quo
a rō rix, Afri-
jus legis in illis
4. Secundum
Christum cre-
ibus nos loqui-
oque vita. Bea-
putabit pecca-

am ab æterno
num Deum no-
judicatio hæc
monium Spiri-
les cum Paulo
24. Procul
e hæres vitae
At hoc inde,
attendantque
octavo ad Ro-
3-12. Itaque
i primò solliciti
quoque de vita
Rom. V, 1, 2.
Tan-

sequendi obtulit. §.
V. VI.

Jesus Christus vero
pro ea satisfecit, &
eam sibi in peculium
acquisivit. §. VII.

Dein (II.) notatur,
quem respectum Ec-
clesia circa gratiam
Dei & Jesu Christi
teneat. §. VIII. IX.

Ex his nonnulla con-
sectaria sequuntur
() Quod unio sit*
inter Deum & Ec-
clesiam. §. X. XI.

(β) Quod quoq; unio
inter Christum &
Ecclesiam sit. §. XII.

Ex hac unione ingen-
tia beneficia ex Deo
& Jesu Christo in
Ecclesiam redun-
dant. §. XIII.

Ecclesia verò obliga-
tur ad fugam mali,
amorem boni, san-
cti. §. XIV.

(γ) Quod tandem

etiam unio inter
membra Ecclesiae. §.
XV.

Quae quoque varia
officia mutua ex se
progignit. §. XVI.

Hec Ecclesia Catholi-
ca est sive continet
omnes fideles, qui
unquam exstite-
runt, qui nunc exi-
stunt, aut unquam
existituri sunt. §.
XVII.

Dispescitur in Eccle-
siam triumphantem
& militantem. §.
XVIII.

Militans invisibilis est
XIX.

Atque errores, qui fi-
dei Christianae na-
turam evertunt, er-
rare nequit. §. XX.

Sequitur consideratio
Ecclesiae juxta com-
munionem exter-
nam cum Christo.
Ubi in specie proba-
tur, quod fideles in
Spi-

Spiritu u
externu
profiteri
colere d
XXI.
ad his imm
plures, q
cum Deo
uniti non
XXII.
Ecclesia deim
ne exten
derate no
minut in
fidei, non
nec vincu
coniuncte
XXIII.
Nevantur
note opt
clesie exte
in gener
que prox
dit ad for
clesie, qua
sus & A
scripserun
in specie
omnem &
Grinam

*Spiritu uncti etiam
externè Christum
profiteri & eum unā
colere debeant. §.*
XXI.

*Sed his immixti sunt
plures, qui internè
cum Deo & Christo
uniti non sunt. §.*
XXII.

*Ecclesiæ dein Christianæ
externè consi-
deratæ non conve-
niunt in articulis
fidei, non in vita,
nec vinculo amoris
coniunctæ sunt. §.*
XXIII.

*Ostenduntur igitur
notæ optimæ Ec-
clesiæ externæ tum
in genere, veluti
quæ proximè acce-
dit ad formam Ec-
clesiæ, qualem Chri-
stus & Apostoli de-
scripserunt. XXIV.
Tum in specie (1.) quæ
omnem & solam do-
ctrinam Christi in*

*rebus fidei tenet.
(2.) Quæ pietatem
commendat & præ-
stare contendit. (3.)
Quæ bonum regi-
men observat. §.*
XXV.

*Juxta has notas Ec-
clesiæ particulares
probandæ sunt. §.*
XXVI.

*Examen verò docebit
unam præ altera ad
illas accedere. §.*
XXVII.

*Adeoque eorum sor-
tem felicissimam es-
se, qui communio-
nem colunt cum Ec-
clesia Apostolica si-
millima. §. XXVIII.*

*Quamvis ad salutem
minimè sufficiat, ut
quis nonnisi mem-
brum Ecclesiæ ex-
ternæ purissimæ sit,
oportet porro sit
membrum Ecclesiæ
internæ. §. XXIX.*

§. I.

§. I.

Illi, quibus beneficia Christi & offeruntur
& applicantur, communi nomine *Εκκλησία*
Ecclesia dicuntur. 2. Cor. I, 1. 2.

II. *Nomen vi originis notat concionem à*
præcone evocatam. LXX. substituunt Hebræo-
rum *קָהָל*. Solet tum apud memoratos Inter-
pretes, tum etiam apud Scriptores N. Testa-
menti variè adhiberi, utpote notat quamvis
hominum turbam Act. XIX, 32. etiam ex ma-
lis constantem Ps. XXVI, 5. Speciatim Ec-
clesia Christiana, quæ rarissimè ad distinguen-
dum à Judæorum cœtu *Συναγωγή* dicitur Jac. II,
2. sæpissimè *Εκκλησία* audit, sive comprehendat
Pastores & Auditores simul Act. VIII, 3. Rom.
XVI, 16. Matth. XVIII, 17. sive hos tantum
Act. XX, 28. 1. Tim. III, 5. sive membra ex-
ternæ societatis, quæ Christum caput suum pro-
fidentur Act. II, 47. 1. Cor. XI, 18. sive mem-
bra spiritualiter cum Christo conjuncta, verè
viva Eph. V, 23. 25. 27.

III. *Pramissâ Ecclesiæ voce, rem ipsam*
propius tractabimus. Ecclesia consideratur
vel juxta communionem internam cum Chri-
sto, vel juxta externam.

IV. Illô modô est cœtus hominum ad Re-
gnum Christi vocatorum, qui omnes ipsum non
solum externè caput profitentur, sed & in fide
cum

cum illo conjuncti omnem ejus voluntatem præstare contendunt. Aliàs vocatur *Corpus*, 1. Cor. XII, 12-15. Etiam *Regnum*, Col. I, 13. *Sponsa*, Pl. XLV, 10. ut exprimatur arctissima Christum inter & Fideles communitio, ordo, protectio, obedientia, tenerimus affectus, quò seinvicem prosequuntur.

V. *Tria hic exponenda veniunt I. Quam*
xiōn habeat Deus, speciatim Iesus Christus.
 II. *Quam quoque corpus sacrum. III. Quæ*
hinc Ecclesiæ attributa resultent.

VI. I. *Deus, qui ab æterno consilium pa-*
cis de Ecclesia sua iniit, in tempore ordinavit,
ut in felicem effectum deduceretur. Quare,
 quando sacrum hoc corpus natura perditum
 est, curavit, ut miser hic status membris inno-
 tesceret, ab iis ritè agnosceretur; Procuravit
 dein modum, quò ex illo liberari & in alium
 felicissimum transponi possent. Atque etiam
 in hunc finem sufficientia media, externa, in-
 terna suppeditavit. Dicta deductione aut pro-
 batione non indigent, utpote in superioribus
 prolixè tractata sunt. Unde optimo jure non
 semel *Ecclesia Dei* appellatur, 1. Cor. I, 2.
 XV, 9. Gal. I, 13.

VII. *Magis specialis respectus est Filii Dei*
ad Ecclesiam, utpote qui ab æterno pro ea
spondit, quæ ad glorificandum Deum requi-
runtur: Qui quoque in tempore sponsioni
satis-

satisfactorius in mundum venit, obedientiam usque ad mortem crucis præstitit, sicque sanguine suo Ecclesiam redemit atque in peculium sibi acquisivit Joh. XVII, 4. 5. Philipp. II, 8. Act. XX, 28. Ps. II, 8. Unde is Ecclesiam suam vocat Matth. XVI, 18. Dicitur Dominus Act. II, 36. Rex Ps. II, 6-f. Pastor Joh. X, 11. 15-19. Sponsus Hof. II, 21. 22. Caput Eph. I, 22. 23. Vitis Joh. XV, 1.

VIII. II. *Respectus verò Ecclesiæ ad Deum, speciatim Filium Dei hic est.* Ecclesia statum suum naturâ & propriis peccatis deperditum agnoscit, deplorat, firmiter credit, aliam ex miseria emergendi viam non esse, quàm quam Deus revelat, mediis, quæ liberationi destinata sunt, decenter utitur, Christum Prophetam, Sacerdotem, Regem habet, atque officia, quæ hinc profluunt, sincerè præstat. Unde dicitur *Ecclesia Dei, Christi, populus peculiaris*, Tit. II, 14. *oves*, Joh. X, 27. 28. *Sponsa* Apoc. XXII, 17. *corpus, membra*, Rom. XII, 5. 1. Cor. VI, 15. *palmites*, Joh. XV, 1. 2.

IX. *Memorata veræ Ecclesiæ insunt & inesse debent.* Quod requiritur ab uno quoque membro, id quoq; requiritur ab universo corpore. Scriptura memorata dogmata ut necessaria proponit, inculcat. Nec ullum ex iis ceu minus necessarium abesse potest. Non agnitio miseriæ: Non agnitio viæ liberationem monstrantis: Non Fides in Christum & obedientia.

X. III.

X. III. *Ecclesia, quæ ita comparata, est unita cum Deo, singulariter Jesu Christo. Unitæ quoque sunt membra inter se invicem.*

XI. *Primò Ecclesia unita est cum Deo, quod varia Scripturæ loca testantur. Joh. XIV, 23. Si quis me diligit, sermonem meum servabit: Et Pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & moriamur apud eum, & mansionem apud eum faciemus. 2. Cor. VI, 16. Vos estis Templum Dei, sicut Deus dixit: Habitabo in illis. 1. Cor. VI, 19. Annon nostis, corpus vestrum esse Templum Spiritûs S. qui in vobis.*

XII. *Unita est speciatim cum Jesu Christo. Joh. XVII, 24. Pater, volo, ut ubi ego sum, etiam mecum sint illi, quos dedisti mihi. cf. v. 21. Christus habitat per fidem in cordibus nostris Eph. III, 17. Unionem hanc clarissimè docent supra memoratæ similitudines, sub quibus Christus tanquam Dominus, Rex, Pastor, Sponsus, caput, vitis; Fideles tanquam populus, oves, sponsa, membra, palmites fiuntur.*

XIII. *Ex hac unione uti ingentia beneficia in Ecclesiam redundant, ita vice versâ postulantur varia erga Deum & Jesum officia. Beneficia sunt. Quemadmodum Deus fons omnis felicitatis, omnium spiritualium & terrestrium bonorum, ita unitus cum Deo nullo*

O o

vero

vero bono carere potest, Gen. XV, 1. 2. Cor. XIII, 13. *Si Deus pro nobis*, cum nobis, *quis contra nos?* Rom. VIII, 31. Si Jesus Christus Dominus & Rex noster, tum nullus hostium nobis prevalere potest. Si is Pastor noster, deducet nos in prata viridia, aquæ adjacentia, abiget lupos, & ut bonus Pastor, animam suam pro ovibus ponit. Si is quoque Sponsus noster, quantus honor fidelium? Quàm tener amor, quo afficiuntur? Si præterea is caput, spiritus vitalis, sapientia, amor &c. membris abundè suppetet. Si is tandem vitis, palmites succo ad fructus ferendum nunquam carebunt. Ab hac unione arcessendum, quòd Paulus ea, quæ in Christo facta sunt, etiam in fidelibus facta referat, ceu qui in illo circumcisi, cum eo crucifixi, mortui, sepulti, vivificati, resuscitati, translati in cœlestia, Coloss. II, 11. Gal. II, 20. Rom. VI, 3-7. Eph. II, 5. 6.

XIV. *Officia vero sunt.* Unio cum Deo & Jesu Christo causa esse debet derelictionis omnium eorum, quæ unioni aliquâ ratione obstare queunt, maximè vitæ sceleratæ Eph. V, 31. 32. 1. Cor. VI, 15. 16. 2. Cor. VI, 16-f. VII, 1. Unio ab Ecclesia, ceu summum bonum, agnoscenda, diligenda, æstimanda, prædicanda Ps. LXXIII, 25. 26. In luce itaque ambulandum, uti Deus in luce est, 1. Joh. I, 3. 5-8. Regi & Domino servitium & reverentia testanda est, Ps. II, 11. Malach. I, 6. Ovibus in-

cum-

cumbit Pastoris vocem sequi Joh. X, 27. Sponsa redamat sponsum, *Dilectus meus est meus & ego illius* Cant. II, 17. Membra parata esse debent ad serviendum justitiæ Rom. VI, 19. Palmites denique & viti indivulsè adhærere & fructus ferre.

XV. *Unita quoque sunt membra Ecclesiæ inter se invicem.* Hæc unio ex priori profluit. Si enim membra cum Deo & Jesu Christo unita, tum quoque inter se invicem 1. Joh. I, 3. Unde accomparantur membris corporis humani 1. Cor. XII, 12. Vinculum unionis est Spiritus S. c. c. v. 11. Eph. IV, 4.

XVI. *Etiam hæc unio postulat officia mutua.* Quia fideles uno Spiritu aguntur, illis quoque eadem *φρόνους* Luc. I, 17. Phil. II, 2. eadem voluntas Jes. II, 3. amor mutuus, quod unus alterum prosequitur Joh. XIII, 35. Phil. II, 2. contristatur cum tristi 1. Cor. XII, 26. ea præstat officia, quæ possunt utilia esse, benefaciendo Rom. XII, 13. instituendo, monendo Gal. VI, 1. intercedendo 1. Tim. II, 1. Exulare debet invidia, contemptus, avaritia aliaq; vitia, quæ Spiritus communionem tollunt. Membrum corporis humani alii membro non invidet, aliud non contemnit, aut ei quidquam, quod necessarium, subtrahit.

XVII. *Ad hanc Ecclesiam pertinent omnes, qui unquam exstiterunt, qui nunc existunt, & qui in posterum extituri sunt, fideles.* Ec-

clesia vera non nisi una proponitur Eph. V, 25. unum corpus sub uno capite Rom. XII, 5. una sponsa, uxor 2. Cor. XI, 2. Eph. V, 23. *Omnia, quæ in cælis & terra, in unam summam in Christo collecta sunt* Eph. I, 10. Omnibus idem Redemptor, idem Spiritus, idem bonum, idem medium bonum consequendi &c. Eph. IV, 4. 5. Atque hoc sensu Ecclesia vera rectè una, Catholica dicitur.

XVIII. *Hæc nunc universalis vulgò & rectè dissepiscitur in Ecclesiam triumphantem & militantem.* Ad illam pertinent omnes fideles, qui ad hæc nostra tempora decesserunt, qui bonum certamen certarunt, Satanam, mundum, carnem devicerunt. Licet & hi, si Ecclesia militans militiam suam perfecit, triumphum plenius acturi, & morte devictâ corporis vitam cum ineffabilibus aliis bonis gratiosissimâ brabeutæ sententiâ reportaturi sint 2. Tim. IV, 8. Ad hanc referuntur fideles, qui bonum certamen decertant, vel etiam decertaturi sunt. Horum Ecclesia militans vocatur, præeunte Scripturâ Es. XL, 2. 1. Cor. IX, 24. 2. Tim. II, 3. IV, 7. 1. Petr. V, 4. Dein quæ in bello vel certamine aliquo reperiuntur, eadem in Ecclesia in his terris existente. Atque hæc Ecclesiæ gloris clarissimè docet, neminem præmium propositum consecuturum, aut Ecclesiæ triumphanti adscriptum iri, nisi qui bene certaverit.

XIX.

XIX. *Hæc*
und homin
taetur, nov
is immixti
non habet
ex sermon
unde fallit
il, ille in Spi
oportet, il
dem habet
um Spiritum
de his null
erre valet. U
ner decipere
arribilis pur
arribilis
ado) est &c. I
circumcisi
ur, per con
Reform
atura, Gal.
ceptor,
am & oper
st. X, 34. 35
XX. Eade
hi Christian
hæc duo
us Ecclesiæ
te unitus, il
modit, dilig

XIX. *Hæc Ecclesia militans est invisibilis quoad homines.* Deus, qui ipsum hominis cor intuetur, novit, qui sui sunt, licet malis hypocritis immixti vivant 2. Tim. II, 19. At ita res non habet cum homine, qui judicat de altero ex sermone, factis. Tale enim judicium subinde fallit. Qui membrum hujus Ecclesiæ est, ille in Spiritu cum Deo, Jesu Christo unitus sit oportet, ille scelera animitus detestatur, ille fidem habet veritatibus revelatis, ille secundum Spiritum ambulat & opera verè bona agit. At de his nullus hominum infallibile judicium ferre valet. Unde sequitur, illos se aliosque turpiter decipere, qui existimant, membra Ecclesiæ visibilis purioris esse quoque membra Ecclesiæ invisibilis. *Non qui in propatulo Judæus, (talis) est &c. Rom. II, 28. 29. In Christo neque circumcisio neque præputium, (non externum, per consequens non professio sola Religionis Reformatæ) aliquid valet, sed nova creatura, Gal. VI, 15. Deus non est personarum acceptor, sed ex omni gente, qui timet illum & operatur justitiam, gratus illi est, Act. X, 34. 35.*

XX. *Eadem Ecclesia errare nequit errores fidei Christianæ naturam subvertentes.* Sunt enim hæc duo *ἀνύστα*. Nam qui membrum hujus Ecclesiæ est, ille cum Deo & Jesu Christo fide unitus, ille Spiritu Dei agitur, ille peccatum odit, diligit sanctum, non ergo committere

valet errorem, qui fidei Christianæ naturam evertit. Aliàs absurdum sequeretur, posse aliquem in unione cum Christo esse, nec tamen vel illum cognoscere, vel vinculum, quod fides aut studium sanctitatis. Attamen fieri potest, ut membrum quasdam veritates fundamento superinstructas ignoret, aut non satis clarè intelligat, aut etiam de illis minùs rectè judicet, 1. Cor. XIII, 11-14. Rom. XIV. Exemplum prostat in ipsis Apostolis ante effusionem Spiritûs S. à fermento Phariseorum nondum purgatis, quando tamen procul dubio jam membra veræ Ecclesiæ erant. Nec mirum, quandoquidem notitia nostra imperfecta 1. Cor. XIII, 9. atque errores ab educatione, informatione &c. adharere soleant, qui, quando in statum perfectionis transponemur, abrogabuntur, tum residuæ tenebræ luce clarissimâ dispellentur.

XXI. *Hactenus Ecclesiam consideravimus juxta communionem internam cum Christo. In posterum quoque considerabimus quoad externam.* Vult quippe Deus, ut illi, cum quibus ipsi communio spiritualis intercedit, nomen suum etiam externè profiteantur, Matth. X, 32. Rom. X, 9. Requirit id gloria Dei & Salvatoris, cujus neminem pudere debet, licet versetur inter illos, qui aliam fidem tenent l. c. Rom. I, 16. Ubi verò plures ejusdem fidei professores unà vivunt, rectè agunt, si, præterquam

nam quòd con
tum Salvatore
ad servitium
testamento ordi
nationem teneb
nli cætus pass
Christiani a
rentò. Facit ex
agationem regni
umariò populum
angelu, quod
per.

XXII. *Optamus*
communionem e
proptè profitentur
ut. At tristis ex
suntur, qui me
omitem internæ
considerata hi
xeticum & pal
quo bonum sem
ne, bonos & ma
lignæ Domui;
Tim. II, 20.
XXIII. *Optamus*
Religionem
fidei articu
vires viderent,
essent. At pr
mus dicit: Eg

quàm quòd corde credant, unà conveniunt, Deum Salvatorem laudant, colunt, seque mutuo ad servitium stimulant. Ita olim sub V. Testamento ordinabat Deus, quam quoque ordinationem tenebat Gens Judaica. Etiam Apostoli cœtus passim instituebant. Hos secuti sunt Christiani ad nostra usque tempora. Et meritò. Facit enim ad gloriam Dei, ad propagationem regni Christi. Solet quippe Deus ordinariò populum suum peculiarem præconio Evangelii, quod in cœtibus prædicatur, colligere.

XXII. *Optandum quidem, ut omnes, qui communionem externam tenent & Christum caput profitentur, etiam spiritu conjuncti essent. At tristis experientia contrarium probat.* Dantur, qui membra communionis externæ, non item internæ 1. Joh. II, 19. Ecclesia externè considerata hinc comparatur *areæ*, in qua & triticum & palea, Matth. III, 12. *Agro*, in quo bonum semen & zizania, XIII, 24. *Sagene*, bonos & malos pisces continenti ibid. v. 47. *Magnæ Domui*, in qua vasa ad decus & dedecus 2. Tim. II, 20.

XXIII. *Optandum præterea, ut cuncti, qui Religionem Christianam profitentur, eosdem fidei articulos crederent, eosdem probatos mores viverent, vinculo charitatis sibi conjuncti essent. At proh dolor! Christus divisus est. Unus dicit: Ego sum Pauli; Alter vero: Ego*

Apollinis. 1. Cor. I, 12. 13. III, 4. Mores verè Christiani, inter quos eminere deberet charitas, rariùs conspiciuntur.

XXIV. In tanta autem Ecclesiarum Christianarum varietate uni alicui nos affociare sole-
mus, debemus. Quoniam verò unusquisque salutis suæ cupidus, illi suum nomen dat, *quæ ad internam cum Deo communionem optime ducit*, quæri solet nota, ex qua hæc ab aliis di-
gnosci queat. *Dignoscitur inde, quando proxime accedit ad formam Ecclesiæ, qualem Christus & ex huius voluntate Apostoli nobis reliquerunt. Quæ superstructa super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, existente lapide angulari Christo Jesu*, Eph. II, 20. 21.

XXV. *Forma verò Ecclesiæ, quam Christus & Apostoli nobis reliquerunt, his partibus constat.* 1. Tenet illa in rebus fidei omnem Christi doctrinam eamque solam II. Joh. 9. 10. Joh. X, 27. Eph. II, 20. 21. 2. Dein officia erga Deum, proximum, seipsum, maximè charitatem, quæ Christianorum tessera, probè inculcat atque præstare contendit. 3. Præterea observat bonum externum regimen, quò cuncta *ἐντάκτως* se habent, mali reprehenduntur, vel ad tempus vel etiam omninò excommunicantur. Ad hoc regimen referuntur legitimum verbi præconium, usus Sacramentorum. Hæc à Christo & Apostolis Ecclesiæ Christianæ com-
men-

mendata esse
imitativa Eco
licet non ab
partibus in
a comparat
leque enim E
sique vera fi
atum charita
ne, vel etiam
societas absqu
na.
XXVI. Q
nus refert, e
Et quò magis
inque incum
stituere atq
atum exam
cultorum, q
nis Ecclesiæ,
induciet. C
quæritibus p
scum est cur
quantum lice
tem vel tale
ta Eph. V,
XXVII. N
nulla mag
la laudabili
am particula
ra fidei pr

mendata esse nemo ignorare potest. Etiam primitiva Ecclesia Apostolica præ quavis alia (licet non absque omni nayo fuerit) memoratis partibus insignis existerat. Porro partes hæc ita comparatæ sunt, ut nulla abesse possit. Neque enim Ecclesia Christiana concipi potest absque veræ fidei professione, aut morum, speciatim charitatis exacta inculcatione exercitioque, vel etiam absque regimine. Si enim nulla societas absque regimine consistit, multo minus sacra.

XXVI. *Quò nunc Ecclesia has partes plenius refert, eò magis probata meritò habetur. Et quò magis ab iis recedit, eò minus.* Unicuique incumbit, comparisonem coram Deo instituire atque tum iudicium ferre. Accuratum examen docebit infelicitatem temporum nostrorum, quibus vix una aut altera particularis Ecclesia, maximè secundæ & tertiæ parti, satisfaciet. Quare omnium, maximè illorum, qui cætibus præsunt & Auctoritate pollent, officium est curare, ut etiam externa Ecclesia, quantum licet, *non habeat rugam aut maculam vel tale quid, sed ut sit sancta & inculcata* Eph. V, 27.

XXVII. *Non tamen omnium eadem ratio.* Nonnullæ magis, aliæ minus partes exprimunt. Illæ laudabiliores purioresque. Rursum quædam particulares Ecclesiæ de prima parte, sive veræ fidei professione maximè sollicitæ sunt.

Non item de adimplendis officiis Christianis, aut eorum necessitate urgenda, vel de sanctiori Disciplina Ecclesiastica. Aliâ aliter.

XXVIII. Procul dubio eorum fors felicissima, qui communionem colunt cum Ecclesia Apostolicâ simillima: Attamen & illi, qui membra cœtûs articulos fundamentales retinentis, sed iisdem fœnum, stipulam &c. superinædificantis, aut qui alios navos habet, sunt, salutis suæ spem habere queunt, tum maximè, quando in his dissentiendi libertas conceditur, quæ jure negari nequit. *Unusquisque in sua mente* πληροφροειδῶς Rom. XIV, 5. *Quicumque perfecti, idem sentiamus, καὶ εἰ τι ἑτέρως φρονεῖτε & si quid aliter sentitis, etiam hoc Deus vobis revelabit.* Philipp. III, 15. Charitas & æquitas Christiana longè plus valet ad fratrem lucrandum, quàm nimius rigor, qui quoque lites, motus, tumultus plures excitat, quàm æqua tolerantia.

XXIX. *Probè tamen tenendum inculcandumque, externam communionem cum Ecclesia puriori, si sola, absque interna, ad salutem nihil facere, nisi quod exitium augeat.* Luc. XII, 47. Is longè felicior, qui membrum cœtûs Christianorum non ita puri, quique tamen cum Deo & Jesu Christo in Spiritu unitus. Etenim externa fidei professio Deo non placet. Christianismus non consistit in nudis veritatum speculationibus earumque nexu operosè traden-

endo aut co
Ecclesia aliqu
atrumque n
tur, corde c
paritatem ali
1. 8. Qui b
Spiritu S.
gisque cur
modum o
ctus adimpl
conciues o
Hebr
conscientia
ehora repara
landem in te
CA
ECCI
S
Uemadin
mnis
dinata so
gimen ha